

§. 2. Proprium hoc dignoscitur ex seqq. *κρίτησις*
1. potentia potius est quam actus, 2. primò inest speciei postea
individuis. 3. necessario cohæret cum suo subjecto, neq; contin-
genter de eo prædicatur, adeoq; ei semper inest. 4. toti speciei
inest & omnibus ejus individuis, est n. æquale differentia, ita
ut conversione mutua fiat utriusq; de utraq; prædicatio. 5. non
potest tolli, imò neq; videri ad momentum temporis à suo sub-
jecto separari, nisi cum naturæ ipsius everfione 1. Phys. c. 4.

§. 3. At loqui actu 1. est actus non potentia. 2. pri-
mò inest individuis, *δὲ τῶν* speciei humanæ. 3. non cohæret
necessario cum suo subjecto, sed contingenter de eo prædica-
tur; est enim in libero hominis arbitrato situm sermonem vel
edere vel suspendere, ideoq; homini τὸ actu loqui non semper
inest. 4. non inest omnibus speciei humanæ individuis, cum,
qvi à nativitate muti sunt, nunquam actu loquantur, ideoq; ra-
tionalitas & actualis loqvutio non sunt *ἀντιστοιχία* (ut conveniens
erat, si hæc hominis proprium esset:) sed *ἀνάσσει* hoc est, unâ
tantum sui parte reciproca, ita ut omnis quidem qui actu loqui-
tur sit rationalis, non verò omnis, qvi rationalis est actu loqua-
tur. 5. actualis loqvutio non ad momentum duntaxat sed ad
longum temporis intervallum ab homine tolli potest. Iam cui
essentialia genuini proprii requisita non competunt, illud præ-
ter meritum audit proprium.

SCEMMA V.

An in Syllogismis secundæ
figuræ minor propositio semper de-
beat esse affirmativa?

§. 1. Syllogismus (inquit novitius ille logicus) ex-
plicatus prioris speciei vel secundæ figuræ assumptione gaudet negatâ: ô bel-
lum artificem qvi admirando compendio duos modos, Cesare
& Festino, de figurâ secundâ amputavit! sed ô vitiosam, quâ u-

sus